Yc
416

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-776734-p0001-4

V. 2f F.

(cat. 4, 57. 58.)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-776734-p0002-0

# IS
# IVS,
BLICVS ORDINARIVS,
# VIS

Raditum ti templum bello Samnitico Iunius Bubulcus conſul vouerit idem-
que loca entem rerum ſtatum petierunt, cuius & nummi ac marmora, quæ SA-
LVS PV templum SALVTI dedicatum colimus, quæ quum litterarum do-
micilium is, vt ad immortalis atque æterni dei gloriam quoduis referatur, ac PV-
BLICA nitas eſt, vt ſaluberrimos fructus, immo præſidium quoddam ad ſo-
lidam re ia deſimus, operarum noſtrarum indicem publicamus viamque vobis
aperimus, qua mentem ionem tam commodam, tam opportunam minus negligite. P. P.
ſub acad. ſig. d. XXX. april

# VM.

IN FAC phiam Inſtrumentalem hora VII; Ius Naturæ IV; Phyſicam hora IIda illu-
IOAN. FRANCISCVS prælectionibus ſuis.
tionibus publicis ad finem *i* BERNHARDVS WIDEBVRGIVS, Mathem. P. P. O. Menſibus bru-
*angelium ſancti Ioannis*, idq *s calculum aſtronomicum* in lectionibus publicis hora VIII expoſuit, & hacte-
ſum eruat ediſſeratque dilig *eclipſiographia* occupatur, qua propediem D. A. abſoluta, fidem ſuperiori
tione, & dogmata, ea cum i datam de *mechanica corporis animalis ſtructura* explicanda, exſolvet. Pri-
ab antitrinitariorum cauillat *curſum mathematicum* ſuperiori ſemeſtri cœptum continuabit, *nouum*que ho-
cte inſtituendam aliquid co p. m. inchoabit. Nec iis deerit quibus ingenii vires in palæſtra diſputato-
Priuatim & quidem *hora I* ercere volupe eſt.
coniungenda eſt, eidemque OTTLIEB STOLLE, Philoſ. Civ. Prof. P. O. *publice hora IV.* illuſtris JCti
*theologicae ad praecipuas de Thomaſii* Politicam generalem, cui Titulus: Entwurff Politiſcher Klugheit
GEORGIVS VVALCHIV etabitur: privatim hor. *VIII. Hiſtoriam Philoſophiæ* enarrabit: hor. *X. Cur-*
quibusdam diebus *V.* ad *VI* *hiloſophicum* inſtituet, laudati *Thomaſii* illuſtraturus *Cautelas circa praecognita*
*prudentia diuina* ſeu *vniuerſa udentiæ*: hor. *XI. Jus Naturæ* tradet, expliciturus Perilluſtris Lib. Baron. de
*ralis* explicabit, vniuerſamq *orff* libellum *de Officio Hominis & Civis.* hor. autem *VI. Theologiam natura-*
etiam lectiones in *hiſtoriam* rſpicue & ſolide proponet. Iis quoque, qui *diſputando* ingenii vires peri-
& *Saturni hora IX.* ad *X.* & cupiunt, non defuturus.
ſcripta, quae noſtra aetate . IAC. LEHMANN, *Moral. Prof. Publ. Ord.* quas praecedenti ſemeſtri
recenſebit. Tandem & in uit *controuerſias iuris naturae gentiumque generales* proxime c. D. abſoluet;
fidei vitaeque praxin refere eadem hora XI. deſiderio plurimorum commilitonum ſatisfacturus, *ſpecia-*
JOH. ANDR. DANZ, oque vniuscuiusque capitis eiusdem iuris controuerſias recenſebit, verum
*Proverbiis Salomonis* explica nentum oſtendet & easdem dirimet. Hora VIII. & IV. *vniuerſam philoſo-*
clementer annuente, exame quoad praecipua dogmata proponet, vbique vera fundamenta nexu plane
à *R. Abraham Jaghel* exarata li & perpetuo ſubiuncturus, vſusque adnexurus. Hora VII. *Ethicam* & Hora III.
id potiſſimum incubiturus, *turae* ad nonnullorum deſiderium ſeparatim tradet; nec iis deerit, qui
T. ac ipſorummet Scriptis, iuatos intra parietes, vel publicis exercitationibus

# PRORECTOR ACADEMIAE IENENSIS
# IO. REINHARDVS RVSIVS,
SACRARVM ATQVE ORIENTALIVM RELIQVARVM LINGVARVM PROFESSOR PVBLICVS ORDINARIVS,
# CVM PROFESSORIBVS RELIQVIS
S. D.
CIVIBVS.

TRaditum litterarum monimentis, præcipue a grauiſſimo hiſtoriarum atque antiquitatum auctore TITO LIVIO *Patauino* fuit, quod SALVTI templum bello Samnitico Iunius Bubulcus conſul vouerit idemque locauerit cenſor; dictator vero ſolemnem illius ritu ac ceremoniis ſuſceperit dedicationem. SALVS enim dea erat romanorum, a qua florentem rerum ſtatum petierunt, cuius & nummi ac marmora, quæ SALVS PVBLICA præ ſe habent, faciunt mentionem. CARISSIMI CIVES! nos veriori eaque chriſtiana religione academiam noſtram templum SALVTI dedicatum colimus, quæ quum litterarum domicilium, muſarum ac gratiarum virtutumque ſit ſacrarium, pro officiorum ratione in eo ſtudia quæuis, omnes curas atque opera collocamus, vt ad immortalis atque æterni dei gloriam quoduis referatur, ac PVBLICA SALVS, ſiue ad res ſacras, ſiue ciuiles ſpectet valeatque, conſeruetur atque inſignia capiat incrementa. ea enim litterarum dignitas eſt, vt ſaluberrimos fructus, immo præſidium quoddam ad ſolidam rerum publicarum adeoque & propriam ſalutem & ſtabilitatem adferre poſſint. quam in rem iterum, ne officiis noſtris SALVTIS cauſſa deſimus, operarum noſtrarum indicem publicamus viamque vobis aperimus, qua mentem litteris excolere vosque ad SALVTEM PVBLICAM ſeruandam ſtabiliendamque aptos reddere poſſitis. agite igitur atque occaſionem tam commodam, tam opportunam minus negligite. P. P. ſub acad. ſig. d. XXX. april. MDCCXXIIII.

# CATALOGVS LECTIONVM AESTIVARVM.

## IN FACVLTATE THEOLOGICA.

IOAN. FRANCISCVS BVDDEVS, Theol. D. & P. P. O. perducta in recitationibus publicis ad finem *introductione ad epiſtolas Pauli apoſtoli*, ſe accinget ad *euangelium ſancti Ioannis*, idque ea ratione enarrabit, vt & verum ac genuinum ſenſum eruat ediſſeratque diligenter, harmoniae ſimul cum aliis euangeliſtis habita ratione, & dogmata, ea cumprimis quibus Chriſti diuinitas adſeritur, euoluat, & ab antitrinitariorum cauillationibus vindicet, nec praetermittat, quae ad vitam recte inſtituendam aliquid conferunt. Idque aget *hora III.* ad *IV.* pomeridiana. Priuatim & quidem *hora IX.* ad *X. theologiam polemicam*, prout cum *dogmatica* coniungenda eſt, eidemque inſeruit, tradet, ad ductum *introductionis hiſtorico-theologicae ad praecipuas de religione controuerſias*, quas propediem V. C. IOAN. GEORGIVS VVALCHIVS publicae exponet luci. Porro *hora X.* ad *XI.* & quibusdam diebus *V.* ad *VI.* pomeridiana eam theologiae partem, quae de *iurisprudentia diuina* ſeu *vniuerſali* praecipit, ſecundum *inſtitutiones* ſuas *theologiae moralis* explicabit, vniuerſamque adeo *theologiam caſuiſticam* exhibebit. Continuabit etiam lectiones in *hiſtoriam eccleſiaſticam* recentiſſimam, *die Mercurii hora X.* ad *XI.* & *Saturni hora IX.* ad *X.* & prout huc vsque fecit, praeſtantiſſima praecipuaque ſcripta, quae noſtra aetate prodeunt, & theologiae cultoribus vſui eſſe poſſunt, recenſebit. Tandem & in *aſceticis* exponendo *epiſtolam* ad *Romanos*, & cuncta ad fidei vitaeque praxin referendo, more conſueto perget.

JOH. ANDR. DANZ, Th. D. & P. publice ab hora XI. occupatur adhuc in *Proverbiis Salomonis* explicandis, circa finem cap. XI. deſudans. Privatim Deo clementer annuente, examen inſtituet *Catecheſeos Judæorum* לקח טוב inſcriptæ, à *R. Abraham Jaghel* exaratæ, & denuo haud ita pridem de novo recuſæ: in id potiſſimum incubiturus, ut modernorum gentis iſtius diſſenſum præcipue è V. T. ac ipſorummet Scriptis, pro virili redarguat.

IESAIAS FRIDERICVS VVEISSENBORN, valetudine nunc per gratiam DEI a morbo confirmata, in *praelectionibus publicis* opus coeptum, in excutiendis cum Pontificiis controuerſiis, perficiet, nouos etiam, quos tentarunt nonnulli, conciliandi modos ad normam ſcripturarum exiget, noſtramque eccleſiam ab iſtorum accuſationibus maſcule vindicabit. *Priuatim*, in prouectiorum theologiae cultorum gratiam, examinatorium, ad Baieri ductum, aperiet collegium, atque in eo hunc ſeruabit ordinem, vt in ſingulas theologiae dogmaticae theſes, harum probationes ſolidas, ac grauiores aduerſariorum obiectiones, diligenter inquiratur, animique haeſitantium corroborentur.

## IVRIDICARVM.

IO. PHILIPPVS SLEVOGTIVS, D. quamprimum expediuerit, quæ deſtinatis adhuc remoræ fuerunt, inſtitutum, iam antehac ſignificatum, diuina ope vrgebit, nullam non rationem initurus, qua ſtudioſæ iuuentutis inſeruiat profectibus.

CHRISTIANVS VVILDVOGELIVS, JC. Si Deus vires reſtituerit, Lectiones tam publicas, quam privatas deſignabit, interea quoque commoda Studioſorum promovere ſedulo allaborabit.

GVIL. HIERONYMVS BRVCKNERVS, D. Varios Juris Proceſſus hoc ſemeſtri æſtivo publice tradet, nec privatim deerit operam ſuam expetentibus.

JOH. BERNHARDVS Frieſe, D. Partem Pandectarum priorem, publice explicabit Syntagmatis Juris Civilis B. Struvii ſecuturus ordinem. Privatim collegia, in quibus occupatus, abſolvet, quibus perfectis, nova poſtulantibus auſpicabitur.

IO. CHRISTIANVS SCHROETER, D. Prælectiones inſtitutionum imperialium denuo auſpicabitur, coeterisq; iuris partibus, quantum negotia ferent, incumbet.

BVRCARD GOTTHELF STRVVE, D. publice ab hora I ad II *Hiſtoriam Iuris Publici* tradet. Ipſam vero *Iuris Publici prudentiam* ab hora XI ad XII exponet.

CASPAR ACHATIVS BECKIVS, D. Publicarum Lectionum, quod reſtat, penſum diligenter conficiet. Priuatim ſingulas Iurisprudentiae partes iuſto ordine explicare ſuſcipiet, vaſtumque opus hoc modo temperabit, vt neque prolixitas faſtidio, neque breuitas fraudi ac diſpendio eſſe cuiquam debeat. Tractationis vero ſeriem ita inſtituet, vt hoc quidem ſemeſtri, *hora X-XI*, praemiſſa generali ad ſtudium iuris introductione, eiusque per principia diſcendi ratione, in Hiſtoria Iuris Romano-Germanici, itemque in praecipuis Juris Naturae & Gentium fundamentis, occupetur. *Hora* autem poſtmeridiem III-IV, Inſtitutiones Iuſtinian. ex antiquitatibus Romanis explanabit, earumque in foris Germaniæ vſum monſtrabit. De cetero cum ſelectiſſimis quibusdam Auditoribus cuncta examinando ac diſputando repetet.

## MEDICARVM.

JO. HADRIANVS SLEVOGTIVS, D. explicabit publice chimiam, privatim autem praxin, nec diſputaturis ſua officia denegabit.

IO. ADOLPHVS WEDELIVS, D. *Publicis lectionibus* abſoluit Pharmaciæ partem, de præparatione medicamentorum agentem, hinc ſtatim ad alteram perget, quæ eſt de *Compoſitione Medicamentorum*, vbi omnia ad praxin modernam & ſelectam diriget. *Priuatim* Cognitionem & Curationem Febrium, vel Affectuum Capitis, vel aliorum, prout id commodum Dnn. Commilitonibus viſum fuerit, exhibebit.

IO. IAC. FICKIVS, D. Finitis Chirurgicis & pathologico ſemioticis lectionibus, progredietur ad Botanicas. Neque Chymiam & Pharmaciam ſimul privatim docere, & præcepta proceſſibus illuſtrare deerit.

HERMANNVS FRIDERICVS TEICHMEYER, D. *Publice* hactenus in Anthropologicis lectionibus deſudavit, in quibus ſedulo perget: His autem finitis, de characteribus plantarum agere ſibi propoſuit. *Privatim* vero Medicinam Legalem & Elementa Medica ad ductum Theorematum Beati Wedelii inculcabit.

SIMON PAVLVS HILSCHER, D. & P. P. O. publice *in expoſitione affectuum muliebrium* ſtrenue pergit: qua tractatione abſoluta *celeberrimi Friderici Hoffmanni medicinæ rationalis ſyſtematicæ Tomi prioris Sect. II. de vita & ſanitate per ſalubrem diætam conſervanda*, explicabit. Privatim docebit *praxin ſpecialem*, *anatomiam & phyſiologiam*, hancque ſimul, vel examinando, vel diſputando, auditoribus ſuis inculcare ſataget.

## PHILOSOPHICARVM.

JOH. ANDR. DANZ, *lingv. ſacr. ac Orient. P. P. Senior*, duabus per ſeptimanam horis, tempore ſuperius definito & diebus alternis, *publice* occupabitur unice in apparentibus reliquorum librorum Solœciſmis conciliandis, ac literis in כתיב extantibus contra Maſoretharum קרי defendendis. *Domi* deſiderio Commilitonum inſerviet: ſive librum Biblicum explicandum elegerint; ſive *Antiquitates Judaicas*, vel ad ductum *Thomæ Goodwini* Ritus civiles ac Eccleſiaſticos, vel ordinem librorum N. T. è celebrioribus Judæorum ſcripis illuſtrandas; ſive etiam aliquem ex *Commentariis Rabbinorum* prælegendum exoptarint.

BVRCARD GOTTHELF STRVVE, D. publice ab hora V ad VI *Hiſtoriam Leopoldi*: Priuatis curis ab hora II ad III *Ciuilem Prudentiam*, per exempla Hiſtorica, ab hora IV ad V *vniuerſalem Hiſtoriam* pragmatico more exponet.

IO. IACOBVS SYRBIVS, P. P. *publice theologiam naturalem* hora II. pomeridiana; priuatim vero *inſtitutiones philoſophiæ primæ vniuerſæ* hora VII. matutina, philoſophiæ rationalis, ſiue *Logicæ*, vero hora decima, vel etiam vndecima, & alia rurſus *curſum*, ſiue *nexum philoſophiæ*, omniumque huius partium, præleget; neque in aliis deerit volentibus.

JOH. REINHARD RVS, linguar. ſacrar. & orientt. reliqq. P. P. O. *publice* ex indultu legum academicarum binis per hebdomadam horis, diebus videl. *Lunæ* atque *Saturni* a 7-8. durantibus moleſti Pro-Rectoratus negotiis, aut ea, quæ in Pſalterio reſtant, abſolvet; aut, ſi maluerint optimi commilitones hæc privatis ſcholis reſervare, ex Prophetis minoribus *Joëlem* & ſequentes aggredietur. *Privatim* ab 8.-9. *hebraicæ*; 2.-3. pomerid. *chaldaicæ ſyriacæve* lingvarum itemque *accentuationis* fundamenta inſtillabit. 4.-5. pomerid. illos ex V. T. libros præleget, quos elegerint, qui nomina ſua profitebuntur. In *Harmonia Evangeliſtarum* pertexenda ad alteram partem progredietur, ſi conſenſerint prius in commodam magis horam commilitones, quos propterea in auditorium domeſticum invitabit propediem.

HERMANNVS FRIDERICVS TEICHMEYER, D. Publice Anatomiam plantarum Phyſicam; Privatim vero Experimenta ſuſcipiet.

IO. FRIDERICVS VVVCHERER, Phyſ. Dogm. P. P. O. *publice* in principiis rerum naturalium, earundemque finibus explicandis, occupabitur: *priuatim* Philoſophiam Inſtrumentalem hora VII; Ius Naturæ IV; Phyſicam hora IIda illuſtrabit prælectionibus ſuis.

JO. BERNHARDVS WIDEBVRGIVS, Mathem. P. P. O. Menſibus brumalibus *calculum aſtronomicum* in lectionibus publicis hora VIII expoſuit, & hactenus in *eclipſiographia* occupatur, qua propediem D. A. abſoluta, fidem ſuperiori ſemeſtri datam de *mechanica corporis animalis ſtructura* explicanda, exſolvet. Privatim *curſum mathematicum* ſuperiori ſemeſtri cœptum continuabit, *nouum*que hora IIda p. m. inchoabit. Nec iis deerit quibus ingenii vires in palæſtra diſputatoria exercere volupe eſt.

GOTTLIEB STOLLE, Philoſ. Civ. Prof. P. O. *publice hora IV.* illuſtris JCti Chr. *Thomaſii* Politicam generalem, cui Titulus: Entwurff Politiſcher Klugheit interpretabitur: privatim hor. *VIII. Hiſtoriam Philoſophiæ* enarrabit: hor. *X. Curſum Philoſophicum* inſtituet, laudati *Thomaſii* illuſtraturus *Cautelas circa præcognita Jurisprudentiæ*: hor. *XI. Jus Naturæ* tradet, expliciturus Perilluſtris Lib. Baron. de *Pufendorff* libellum *de Officio Hominis & Civis.* hor. autem *VI. Theologiam naturalem* perſpicue & ſolide proponet. Iis quoque, qui *diſputando* ingenii vires periclitari cupiunt, non defuturus.

IO. IAC. LEHMANN, *Moral. Prof. Publ. Ord.* quas praecedenti ſemeſtri deſtinauit *controuerſias iuris naturae gentiumque generales* proxime c. D. abſoluet; deinde eadem hora XI. deſiderio plurimorum commilitonum ſatisfacturus, *ſpeciales* quoque vniuscuiusque capitis eiusdem iuris controuerſias recenſebit, verum fundamentum oſtendet & easdem dirimet. Hora VIII. & IV. *vniuerſam philoſophiam* quoad praecipua dogmata proponet, vbique vera fundamenta nexu plane naturali & perpetuo ſubiuncturus, vſusque adnexurus. Hora VII. *Ethicam* & Hora III. *ius naturae* ad nonnullorum deſiderium ſeparatim tradet; nec iis deerit, qui vel priuatos intra parietes, vel publicis exercitationibus, Pufendorſium examinare atque ingenium diſputando exercere cupiunt.

IO. GEORGIVS VVALCHIVS, P. P. O. vt veteris latii auctoribus lucem adferat, *antiquitates romanas* hor. I-II. recitationibus publicis tradet atque in primis NIEVPOORT. *rituum, qui olim apud romanos obtinuerunt, ſuccinctam explicationem* illuſtrabit; priuatis vero non ſolum philoſophiæ per interpretationem ſumme reuerendi BVDDEI elementorum *philoſophiæ inſtrumentalis* hor. VII-VIII. & *practice* hor. II-III. ſed etiam humaniori atque elegantiori doctrinæ, in primis quod ad ſtil romani exercitationem pertinet, operam nauabit, harumque commentationum d. VIII. Mai. ſi per diuinam liceat gratiam, faciet auſpicium.

CHRISTIANVS Stock, P. P. publice præleget *Pneumaticam* typis exſcribendam. Hora VI. matut. *Græca* propinabit juxta ductum Literatoris & Interpretis praxin inſtituturus in ep. ad Rom. niſi ſimul profanum arriſerit ſcriptum. Hora VII. tradet *rationem concionandi tum theoreticè, tum practicè.* Hora VIII. matut. vel I. pomerid. deſtinabitur *lectionibus homileticis merè practicis.* Hora X. inſtillabit *elementa lingvæ ebraicæ*, non prius praxin biblicam in *Pſalmis* aggreſſurus, quam totum ſumme Rev. Dn. D. Danzii Literatorem enucleaverit. Hora II. enodabit *Philoſophiam inſtrumentalem*, prout *Logica & Metaphyſica* abſolvitur; Hora IV. autem *Practicam* ſeu *moralem*, prout *Ethicam, Jurisprudentiam natural. & prudentiam civil.* complectitur juxta filum Philoſ. ſummeRev. Dn. D. Buddei. Hora III. cedet Analytico-Interpretario in *Geneſin*, aut alium *librum veteris fæderis*, quæ tamen die Lunæ & die Jovis cum quinta permutari poterit, ſi qui lectiones publicas S. Rev. Dn. Buddei frequentare velint. Si in aliis mea deſiderabitur opera, non deero deſideriis Nob. Dn. Commilitonum.

MARTINVS SCHMEIZEL, P. P. E. Curriculum quod hactenus *publice* ingreſſus eſt, propediem abſolvet, eo majori alacritate, quo conſtantior ſemper fuit Dnn. Auditorum frequentia. *Privatorum* vero laborum hanc eſſe vult ſeriem. *Hora VII.* matutina tradet *Præcepta de informanda cum ſucceſſu juventute.* *X. Hiſtoriam Germaniæ* illuſtrabit. *IX. Geographiæ Generalis fundamenta* oſtendet, uſumque Globorum ac Mapparum commonſtrabit. *II. & V. Hiſtoriam Univerſalem ab O. C. ad noſtra vsque tempora deductam* interpretabitur. *XI. Collegium Politico-Statiſticum* leget. *III. Artem prudenter & decore converſandi* docebit. *VI. Hiſtoriam Principum Germaniæ* explicabit. Diebus vero Saturni hora *XI. & III. Heraldicæ præcepta* enucleabit.

LITTERIS IO. BERNARDI HELLERI.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-776734-p0004-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-776734-p0005-6

Yo. 416. 2°

ULB Halle 3
003 899 721

56.

K078
VB 17
N.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-776734-p0007-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-776734-p0008-3

# PRORECTOR ACADEMIAE IENENSIS
# IO. REINHARDVS RVSIVS,
SACRARVM ATQVE ORIENTALIVM RELIQVARVM LINGVARVM PROFESSOR PVBLICVS ORDINARIVS,
# CVM PROFESSORIBVS RELIQVIS
S. D.
## CIVIBVS.

TRaditum litterarum monimentis, præcipue a grauiſſimo hiſtoriarum atque antiquitatum auctore TITO LIVIO *Patauino* fuit, quod SALVTI templum bello Samnitico Iunius Bubulcus conſul vouerit idemque locauerit cenſor; dictator vero ſolemnem illius ritu ac ceremoniis ſuſceperit dedicationem. SALVS enim dea erat romanorum, a qua florentem rerum ſtatum petierunt, cuius & nummi ac marmora, quæ SALVS PVBLICA præ ſe habent, faciunt mentionem. CARISSIMI CIVES! nos veriori eaque chriſtiana religione academiam noſtram templum SALVTI dedicatum colimus, quæ quum litterarum domicilium, muſarum ac gratiarum virtutumque ſit ſacrarium, pro officiorum ratione in eo ſtudia quæuis, omnes curas atque opera collocamus, vt ad immortalis atque æterni dei gloriam quoduis referatur, ac PVBLICA SALVS, ſiue ad res ſacras, ſiue ciuiles ſpectet valeatque, conſeruetur atque inſignia capiat incrementa. ea enim litterarum dignitas eſt, vt ſaluberrimos fructus, immo præſidium quoddam ad ſolidam rerum publicarum adeoque & propriam ſalutem & ſtabilitatem adferre poſſint. quam in rem iterum, ne officiis noſtris SALVTIS cauſſa deſimus, operarum noſtrarum indicem publicamus viamque vobis aperimus, qua mentem litteris excolere vosque ad SALVTEM PVBLICAM ſeruandam ſtabiliendamque aptos reddere poſſitis. agite igitur atque occaſionem tam commodam, tam opportunam minus negligite. P. P. ſub acad. ſig. d. XXX. april. MDCCXXIIII.

# CATALOGVS LECTIONVM AESTIVARVM.

## IN FACVLTATE THEOLOGICA.

IOAN. FRANCISCVS BVDDEVS, Theol. D. & P. P. O. perducta in recitationibus publicis ad finem *introductione ad epiſtolas Pauli apoſtoli*, ſe accinget ad *euangelium ſancti Ioannis*, idque ea ratione enarrabit, vt & verum ac genuinum ſenſum eruat ediſſeratque diligenter, harmoniae ſimul cum aliis euangeliſtis habita ratione, & dogmata, ea cumprimis quibus Chriſti diuinitas adſeritur, euoluat, & ab antitrinitariorum cauillationibus vindicet, nec praetermittat, quae ad vitam recte inſtituendam aliquid conferunt. Idque aget *hora III.* ad *IV.* pomeridiana. Priuatim & quidem *hora IX.* ad *X. theologiam polemicam*, prout cum *dogmatica* coniungenda eſt, eidemque inſeruit, tradet, ad ductum *introductionis hiſtorico-theologicae ad praecipuas de religione controuerſias*, quas propediem V. C. IOAN. … cae exponet luci. Porro *hora X.* ad *XI.* & … idiana eam theologiae partem, quae de *iuris-* … pit, ſecundum *inſtitutiones* ſuas *theologiae mo-* … *theologiam caſuiſticam* exhibebit. Continuabit … *icam* recentiſſimam, *die Mercurii hora X.* ad *XI.* … huc vsque fecit, praeſtantiſſima praecipuaque … nt, & theologiae cultoribus vſui eſſe poſſunt, … exponendo *epiſtolam* ad *Romanos*, & cuncta ad … ore conſueto perget.

… & P. publice ab hora XI. occupatur adhuc in … ca finem cap. XI. deſudans. Privatim Deo … iet *Catecheſeos Iudæorum* לקח טוב inſcriptæ, … nuo haud ita pridem de novo recuſæ: in … ernorum gentis iſtius diſſenſum præcipue è V. … li redarguat.

… EISSENBORN, valetudine nunc per gratiam … *ctionibus publicis* opus coeptum, in excutiendis … ciet, nouos etiam, quos tentarunt nonnulli, … turarum exiget, noſtramque eccleſiam ab iſto- … abit. *Priuatim*, in prouectiorum theologiae … ad Baieri ductum, aperiet collegium, atque … ſingulas theologiae dogmaticae theſes, harum … duerſariorum obiectiones, diligenter inquira- … rentur.

## … IDICARVM.

… TIVS, D. quamprimum expediuerit, quæ … nſtitutum, iam antehac ſignificatum, diuina o- … rus, qua ſtudioſæ iuuentutis inſeruiat profectibus.

… GELIVS, JC. Si Deus vires reſtituerit, Lecti- … eſignabit, interea quoque commoda Studioſo- …

… VCKNERVS, D. Varios Juris Proceſſus hoc … priuatim deerit operam ſuam expetentibus.

… D. Partem Pandectarum priorem, publice … Struvii ſecuturus ordinem. Privatim collegia, … us perfectis, nova poſtulantibus auſpicabitur.

… OETER. D. Prælectiones inſtitutionum imperi- … ris partibus, quantum negotia ferent, incumbet.

… RVVE, D. publice ab hora I ad II *Hiſtoriam* … *Publici prudentiam* ab hora XI ad XII exponet.

… IVS, D. Publicarum Lectionum, quod reſtat, … m ſingulas Iuriſprudentiae partes iuſto ordine … hoc modo temperabit, vt neque prolixitas fa- … endio eſſe cuiquam debeat. Tractationis vero … meſtri, *hora X-XI*, praemiſſa generali ad ſtu- … er principia diſcendi ratione, in Hiſtoria Iuris Romano-Germanici, itemque in praecipuis Juris Naturae & Gentium fundamentis, occupetur. *Hora* autem poſtmeridiem III-IV, Inſtitutiones Iuſtinian. ex antiquitatibus Romanis explanabit, earumque in foris Germaniæ vſum monſtrabit. De cetero cum ſelectiſſimis quibusdam Auditoribus cuncta examinando ac diſputando repetet.

## MEDICARVM.

JO. HADRIANVS SLEVOGTIVS, D. explicabit publice chimiam, privatim autem praxin, nec diſputaturis ſua officia denegabit.

IO. ADOLPHVS WEDELIVS, D. *Publicis lectionibus* abſoluit Pharmaciæ partem, de præparatione medicamentorum agentem, hinc ſtatim ad alteram perget, quæ eſt de *Compoſitione Medicamentorum*, vbi omnia ad praxin modernam & ſelectam diriget. *Priuatim* Cognitionem & Curationem Febrium, vel Affectuum Capitis, vel aliorum, prout id commodum Dnn. Commilitonibus viſum fuerit, exhibebit.

IO. IAC. FICKIVS, D. Finitis Chirurgicis & pathologico ſemioticis lectionibus, progredietur ad Botanicas. Neque Chymiam & Pharmaciam ſimul privatim docere, & præcepta proceſſibus illuſtrare deerit.

HERMANNVS FRIDERICVS TEICHMEYER, D. *Publice* hactenus in Anthropologicis lectionibus deſudavit, in quibus ſedulo perget: His autem finitis, de characteribus plantarum agere ſibi propoſuit. *Privatim* vero Medicinam Legalem & Elementa Medica ad ductum Theorematum Beati Wedelii inculcabit.

SIMON PAVLVS HILSCHER, D. & P. P. O. publice *in expoſitione affectuum muliebrium* ſtrenue pergit: qua tractatione abſoluta *celeberrimi Friderici Hoffmanni medicinæ rationalis ſyſtematicæ Tomi prioris Sect. II. de vita & ſanitate per ſalubrem diætam conſervanda*, explicabit. Privatim docebit *praxin ſpecialem*, *anatomiam* & *phyſiologiam*, hancque ſimul, vel examinando, vel diſputando, auditoribus ſuis inculcare ſataget.

## PHILOSOPHICARVM.

JOH. ANDR. DANZ, *lingv. ſacr. ac Orient. P. P. Senior*, duabus per ſeptimanam horis, tempore ſuperius definito & diebus alternis, *publice* occupabitur unice in apparentibus reliquorum librorum Solœciſmis conciliandis, ac literis in כתיב extantibus contra Maſoretharum קרי defendendis. *Domi* deſiderio Commilitonum inſerviet: ſive librum Biblicum explicandum elegerint; ſive *Antiquitates Judaicas*, vel ad ductum *Thomæ Goodwini* Ritus civiles ac Eccleſiaſticos, vel ordinem librorum N. T. è celebrioribus Judæorum ſcripis illuſtrandas; ſive etiam aliquem ex *Commentariis Rabbinorum* prælegendum exoptarint.

BVRCARD GOTTHELF STRVVE, D. publice ab hora V ad VI *Hiſtoriam Leopoldi*: Priuatis curis ab hora II ad III *Ciuilem Prudentiam*, per exempla Hiſtorica, ab hora IV ad V *vniuerſalem Hiſtoriam* pragmatico more exponet.

IO. IACOBVS SYRBIVS, P. P. *publice theologiam naturalem* hora II. pomeridiana; priuatim vero *inſtitutiones philoſophiæ primæ vniuerſæ* hora VII. matutina, philoſophiæ rationalis, ſiue *Logicæ*, vero hora decima, vel etiam vndecima, & alia rurſus *curſum*, ſiue *nexum philoſophiæ*, omniumque huius partium, prælege; neque in aliis deerit volentibus.

JOH. REINHARD RVS, linguar. ſacrar. & orientt. reliqq. P. P. O. *publice* ex indultu legum academicarum binis per hebdomadam horis, diebus videl. *Lunæ* atque *Saturni* a 7 - 8. durantibus moleſti Pro-Rectoratus negotiis, aut ea, quæ in Pſalterio reſtant, abſolvet; aut, ſi maluerint optimi commilitones hæc privatis ſcholis reſervare, ex Prophetis minoribus *Joëlem* & ſequentes aggredietur. *Privatim* ab 8. - 9. *hebraicæ*; 2. - 3. pomerid. *chaldaicæ ſyriacæve* lingvarum itemque *accentuationis* fundamenta inſtillabit. 4. - 5. pomerid. illos ex V. T. libros præleget, quos elegerint, qui nomina ſua profitebuntur. In *Harmonia Evangeliſtarum* pertexenda ad alteram partem progredietur, ſi conſenſerint prius in commodam magis horam commilitones, quos propterea in auditorium domeſticum invitabit propediem.

HERMANNVS FRIDERICVS TEICHMEYER, D. Publice Anatomiam plantarum Phyſicam; Privatim vero Experimenta ſuſcipiet.

IO. FRIDERICVS VVVCHERER, Phyſ. Dogm. P. P. O. *publice* in principiis rerum naturalium, earundemque finibus explicandis, occupabitur: *priuatim* Philoſophiam Inſtrumentalem hora VII; Ius Naturæ IV; Phyſicam hora IIda illuſtrabit prælectionibus ſuis.

JO. BERNHARDVS WIDEBVRGIVS, Mathem. P. P. O. Menſibus brumalibus *calculum aſtronomicum* in lectionibus publicis hora VIII expoſuit, & hactenus in *eclipſiographia* occupatur, qua propediem D. A. abſoluta, fidem ſuperiori ſemeſtri datam de *mechanica corporis animalis ſtructura* explicanda, exſolvet. Privatim *curſum mathematicum* ſuperiori ſemeſtri cœptum continuabit, *nouum*que hora IIda p. m. inchoabit. Nec iis deerit quibus ingenii vires in palæſtra diſputatoria exercere volupe eſt.

GOTTLIEB STOLLE, Philoſ. Civ. Prof. P. O. *publice hora IV.* illuſtris JCti Chr. *Thomaſii* Politicam generalem, cui Titulus: Entwurff Politiſcher Klugheit interpretabitur: privatim hor. *VIII. Hiſtoriam Philoſophiæ* enarrabit: hor. *X. Curſum Philoſophicum* inſtituet, laudati *Thomaſii* illuſtraturus *Cautelas circa præcognita Juriſprudentiæ*: hor. *XI. Jus Naturæ* tradet, expliciturus Perilluſtris Lib. Baron. de *Pufendorff* libellum *de Officio Hominis & Civis*. hor. autem *VI. Theologiam naturalem* perſpicue & ſolide proponet. Iis quoque, qui *diſputando* ingenii vires periclitari cupiunt, non defuturus.

IO. IAC. LEHMANN, *Moral. Prof. Publ. Ord.* quas praecedenti ſemeſtri deſtinauit *controuerſias iuris naturae gentiumque generales* proxime c. D. abſoluet; deinde eadem hora XI. deſiderio plurimorum commilitonum ſatisfacturus, *ſpeciales* quoque vniuscuiusque capitis eiusdem iuris controuerſias recenſebit, verum fundamentum oſtendet & easdem dirimet. Hora VIII. & IV. *vniuerſam philoſophiam* quoad praecipua dogmata proponet, vbique vera fundamenta nexu plane naturali & perpetuo ſubiuncturus, vſusque adnexurus. Hora VII. *Ethicam* & Hora III. *ius naturae* ad nonnullorum deſiderium ſeparatim tradet; nec iis deerit, qui vel priuatos intra parietes, vel publicis exercitationibus, Pufendorfium examinare atque ingenium diſputando exercere cupiunt.

IC. GEORGIVS VVALCHIVS, P. P. O. vt veteris latii auctoribus lucem adferat, *antiquitates romanas* hor. I - II. recitationibus publicis tradet atque in primis NIEVPOORT. *rituum, qui olim apud romanos obtinuerunt, ſuccinctam explicationem* illuſtrabit; priuatis vero non ſolum philoſophiæ per interpretationem ſumme rejerendi BVDDEI elementorum *philoſophiæ inſtrumentalis* hor. VII - VIII. & *practicæ* hor. II - III. ſed etiam humaniori atque elegantiori doctrinæ, in primis quod ad ſtil romani exercitationem pertinet, operam nauabit, harumque commentationum d. VIII. Mai. ſi per diuinam liceat gratiam, faciet auſpicium.

CHRISTIANVS Stock, P. P. publice præleget *Pnevmaticam* typis exſcribendam. Hora VI. matut. *Græca* propinabit juxta ductum Literatoris & Interpretis praxin inſtituturus in ep. ad Rom. niſi ſimul profanum arriſerit ſcriptum. Hora VII. tradet *rationem concionandi tum theoreticè, tum practicè*. Hora VIII. matut. vel I. pomerid. deſtinabitur *lectionibus homileticis merè practicis*. Hora X. inſtillabit *elementa lingvæ ebraicæ*, non prius praxin biblicam in *Pſalmis* aggreſſurus, quam totum ſumme Rev. Dn. D. Danzii Literatorem enucleaverit. Hora II. enodabit *Philoſophiam inſtrumentalem*, prout *Logica & Metaphyſica* abſolvitur; Hora IV. autem *Practicam* ſeu *moralem*, prout *Ethicam, Juriſprudentiam natural. & prudentiam civil.* complectitur juxta filum Philoſ. ſumme Rev. Dn. D. Buddei. Hora III. cedet Analytico-Interpretario in *Geneſin*, aut alium *librum veteris fœderis*, quæ tamen die Lunæ & die Jovis cum quinta permutari poterit, ſi qui lectiones publicas S. Rev. Dn. Buddei frequentare velint. Si in aliis mea deſiderabitur opera, non deero deſideriis Nob. Dn. Commilitonum.

MARTINVS SCHMEIZEL, P. P. E. Curriculum quod hactenus *publice* ingreſſus eſt, propediem abſolvet, eo majori alacritate, quo conſtantior ſemper fuit Dnn. Auditorum frequentia. *Privatorum* vero laborum hanc eſſe vult ſeriem. *Hora VII.* matutina tradet *Præcepta de informanda cum ſucceſſu juventute*. *X. Hiſtoriam Germaniæ* illuſtrabit. *IX. Geographiæ Generalis fundamenta* oſtendet, uſumque Globorum ac Mapparum commonſtrabit. *II. & V. Hiſtoriam Univerſalem ab O. C. ad noſtra vsque tempora deductam* interpretabitur. *XI. Collegium Politico-Statiſticum* leget. *III. Artem prudenter & decore converſandi* docebit. *VI. Hiſtoriam Principum Germaniæ* explicabit. Diebus vero Saturni hora *XI. & III. Heraldicæ præcepta* enucleabit.

LITTERIS IO. BERNARDI HELLERI.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-776734-p0009-2